HAIMO ALTISSIODORENSIS
3. Viertel 12. Jh.
Seite 246v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

nullus principium a quo omnis creatura sumpsit initium & finis quam in
omnia tendit omne. Alfa pertinet ad uerbi dignitatem. w. ad susceptam
in fine temporum humanitatem. Ipse quoque alpha. i. principium manens
cum patre. ipse w. i. finis natus temporaliter ex matre. Vnde Paulus.
Xpc finis est legis. ad iustitiam omni credenti. Principium quoque non ad ipsum
referendum quod scilicet ipse secundum quod heretici uolunt ex tempore
ceperit. sed ad ordinem creatu[illegible]rum pertinet. quem ex illo sumpsit
initium. De alfa iohs dicit. In pri[illegible]cipio erat uerbum. & omnia
ipsum facta sunt. De w. unum qui est finis [illegible]clementiam. apud grecos sicut
& a principium. uerbum caro factum est. & habitauit in nobis. In his uocibus
salutis xpiane summa consistit. ut scilicet in uno eodemque xpo.
& perfecta deitas. & uera credatur humanitas. Beati qui lauant
stolas suas. i. corpora sua & unam suam fonte baptismatis. & la
crimis penitentie atque custodia mandatorum dei. Vt sit potestas
eorum in ligno uitae. i. in domino ihu xpo. quem habentes utique in
capite suo omnia possidebunt. Vnde supra cum permisissem. & ego sitienti
dabo aquam uitae gratis. ilico adiunxit. Qui uicerit possidebit hec. Et portas. i. per portas. per apostolos uidelicet. ceterosque doctores. intrent in ciuitatem. hoc est in celestem ihrlm. per quos enim
ministerium. nec intramus in ecclam. per ipsos ora & solutionem in
gredientium regnum celorum. De his portis psalmista dicit. Aperite mihi
portas iustitiae. Statimque unam principalem portam ad quam ceteri
iste pertinent manifestat subdendo. Hec porta domini iustitiam
habitum per eam. Hec enim porta. xpm significat quod dicit. Ego
sum ostium. & per me siquis intrauerit saluabitur. Cum enim quilibet
fidelium porta predicatur. ad ritum intrant regni celorum. nimirum
per illum ingrediuntur. qui porta illorum loquitur. foris canes. i. iudei
heretici. ceteriqueincreduli. quia contra ecclam latrant. Et uenefi
ci. idem malefici. siue magi. Et impudici. i. inuerecunde pec
cantes. Et homicide. id est diuerso modo homines interfici